

DE SUMMA OPERIS.

ep. ad Timoth: A quibus quidam aberrantes, in-  
quit, conversi sunt in vaniloquium &c. languentes  
circa quæstiones, & circa pugnas verborum; ex qui-  
bus oriuntur invidia, contentiones, blasphemia, suspi-  
ciones malæ. &c. Quando enim aliis aliud opini-  
 onis propria, aut antecessoris alicujus, aut formulæ  
 humanæ velut idolum erigentibus, oppu-  
 gnantur alii qui illud venerari unâ nolint;  
 pro hoc multo majori zelo diu noctuq; su-  
 datur ferè, quàm pro receptissimis & com-  
munissimis pietatis & doctrinæ secundum  
pietatem capitibus : quamvis satis certum  
 sit, nunquam omnes toto orbe Christianos  
imò nec plerosq; saltem in hanc talem præ-  
cisè formulam consensuros; aut hoc ipsum  
sine impudentiâ aut stultitiâ nimis apertâ  
postulari posse. Hoc diabolus curat scilicet, ut ve-  
 rissimè modo Martyr testabatur, ut in talibus  
vehementer laboretur: abjectis interim, aut multo  
saltem negligentius habitis, quæ necessaria sunt  
ut serventur.

ex fan-  
 ctuari-  
 o idolo-  
 latrico,

10. Enimverò, quid optatius possit ho-  
 sti ulli contingere, quàm ut contra se sub uno  
domino ac duce militantes, ex aliquâ fortè colo-  
 rum aut figurarum in signis seu vexillis diver-  
 sitate, hostes sese invicem suspicari faciens;  
 concurrentes hostiliter, & sese invicem con-  
 ficientes, otiosus ipse spectare & ridere que-  
 at? Tale reverà est præcipuum ferè strata-  
 gema Satanæ, communis nostri omnium  
 hostis: dum nos miseros homines veluti fa-  
 tuas

obastu-  
 ti Sa-  
 tanæ,

cōmis-  
 tentis  
 ami-  
 cos,

tuas